

EPISTOLA

esse verum ac primarium Autorem
Confessionis huius, non ad tempus
duntaxat, sive ad deliberandum tan-
tum eam esse scriptam: sed confessio-
nis ac symboli infallibilis loco, eam
à Protestantibus Imperatori esse exhi-
bitam: non metu quodam parcūs ac
mitiūs, quām res postulet, quādam
in ea esse exposita: sed satis plenè ac
perfectè fidem ac doctrinam nostram
explicatam: ita quidem ut millies
mori maluerint Confessores nostri:
quām vcl latum unguem ab ea do-
ctrina, quam exhibita Confessio com-
prehendebat, discedere: non denique
scitu, consensu & jussu Electoris (de
Landgravio litem non moveo) sed
proprio motu ac arbitrio (in gratiam
fortassis quorundam Calvinistarum)
à Philippo in plerisque Articulis mu-
tatam ac variatam: eandemq; variatio-
nem ab Electore & reliquis Ordini-
bus, Confessioni huic addictis, serio
improbata, & prioris editionis pūri-
tati semper postpositam esse. Proinde
istis hoc loco uberioris pertractandis
merito supersedeo.

Cæterum